Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 9

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 10.

Codex VIIII.

Chartac. Fol. maj. Sec 14/15. 1. 9.

Anonymi Coment. in I. II. et III libr. sent. Est Henrici de Oyta.

Foliis 289. belle scriptis continet Comentarium Anonymi in Libros sententiarum I. II. et III. Incipit: "Circa "prologum libri sententiarum quaeritur utrum per discur-"sum theologicum acquiratur scientia proprie dicta". In fine libri primi: "ut in omnibus nostra voluntas sit "sicut decet divinae voluntati coformtas /: conformis?: / eo "operante que /: qui?: / super omnia benedictus in saecu-"la amen. et sic est finis."

"Expliciunt quaestiones primi libri sententiarum."

Liber secundus incipit: "Circa primam distinctionem "2dae quaeritur utrum in temporis initio Deus fecerit "mundum ex nihilo". Ultima denique quaestio est: "Utrum omne perjurium sit peccatum mortale", et finit in hec verba: "quamvis illicitum sit jura-"re per idolum quia forma illa est prohibita, tamen "ubi necessitas vel comunis utilitas hoc requirit, "licitum est recipere juramentum tale, sicut rece-"pit Jacob pro bono suae posteritatis, Judas pro pa-"ce gentis suae, et sicut Xtiani a saracenis recipiunt "pro pace et utilitate comunitatis".

In fronte codicis manus coava adjecit:

"Istum Librum testatus est magister Georgius de "Walse pro libraria facultatis artium cujus ani-"ma requiescat in pace."

Hunc Comentarium esse Henrici de Oyta propter eadem verba initialia ex Trithemio de Script. eccles. cap. 687. didici.

Erat is Henricus Oyta /: dictus etiam Euta, Otha, Hueta: / germanus, doctor insignis Viennensis, et collega Henrici de Hassia, obiitque ao 1397. Vid. Scriptor. Univers. Vienn. Sec. I. p. 58.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 9

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1759

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)